

Puncta Tractatus, inter Serenissimum Regem
Poloniae, & Serenissimum Sultan Mahomet Impera-
torem Turcarum, per M^{rs} Mag^{os} Commissarios ab utraq^{ue}
parte destinatos, aptata, & conclusa: 17 Oct. 1672.

Tartari habitantes in Regno Poloniae nuncupati alias Lipce, qui-
cumq^{ue} iam exierunt, et sese Dominio Sermae Porta Othomanae
Subdiderunt, Uxores autem suas relinquerunt, eadem ac liberos
suos, ac bona mobilia, libere ac sine ullo grauamine repetere possint,
alii autem qui adhuc in Regno remanserunt, cum Uxoribus, liberis
ac bonis mobilibus exeundi, & remanendi libertatem habebunt.

Quolibet Anno Sermae Rex Poloniae per delegatos suos, mittet ad
Sermaam Portam Othomanicam Viginti duo Millia Aureorum
incipiendo id facere post finitum Annum Septem 1672. Futuri
Anni 1673: sta Nouemb: id est die S. Demetrii idq^{ue} tempus sub
sequentibus Annis obseruabitur, ea conditione, ut finitimos Poloniae
Turcas, Tartaros, Craccos, aliosq^{ue} populos Porta Subiacentes Sermae
Imperator arceat ab incursionibus, nec ab illis ullum damnum
illatum fuerit. Sermae Rex Poloniae requiret per literas Satis-
factionem, quam si non obtinuerit, per Bassam Confinium seu
limitaneum a Porta Othomanae, iam pro eodem Anno munera non
mittet.

Podolia secundum antiqua Confinia Domino
Porta Othomanae Subiacebit, et si erit aliqua controuersio de
Confinio et limitibus Podolice, tum ex concessis Dnorum utriusq^{ue}
Partis Commissarij constituti ibunt ad limites de quibus contro-
uersio erit, et secundum Iustitiam et Informationem Senum
& in Villa reseruatorum Conclusio fiet. Præsidia Podolice quae